habuerunt testimonium veritatis. Summus etiam
pontifex dominus alexander cum populo praedicaret co
ram multis fratribus et me ipso, affirmavit se dum
sanctus viveret stigmata illa sacra suis oculis con
spexisse. Viderunt in morte plusquam quinquagin
ta fratres, virgoque deo devotissima CLARA cum ce
teris sororibus suis et saeculares innumeri, ex
quibus quemadmodum suo loco dicetur quam plurimi
et osculati sunt ex devotionis affectu et contrectave
runt ~~hoc~~ manibus ad testimonium firmitatem.
Vulnus autem lateris tam sollicite occultavit ut
ullus nemo posset nisi furtim conspicere dum viveret.
Unde unus frater qui ei sedule ministrare solitus
erat, cum pia eum cautela ut ad excutiendum
extraheret tunicam induxisset, attente respici
ens vidit plagam. Cui etiam tres velociter contac
tu digitos applicans, tam visu quam tactu vul
neris quantitatem agnovit. Consimili caute
la vidit etiam frater ille qui eo tempore erat vicarius
eius. Frater vero socius mirandae simplicitatis, dum in
firmitatis causa languentes scapulas con
trectaret manum per caputium missam et casuali